



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 98. Variæ epistolæ Joan. Papæ contra Hussum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](#)

ter vero titulum præfert, de *Regno, po-* Sæcul. XV.  
*pulo, vita & moribus Antichristi.* Deni- A.C. 1414.  
 que tertius: *Abominatio Sacerdotum ac*  
*Monachorum carnalium in Ecclesia Dei.*  
 Præter hæc adhuc alia quædam edidit  
 opuscula adversus traditiones de unita-  
 te Ecclesiæ, de perfectione Evangelica,  
 item de Mysterio iniquitatis, & de An-  
 tichristo. In hisce omnibus aliisque ope-  
 ribus tetra Hussi contra Clerum bilis at-  
 que iracundiæ impetus, necnon eadem  
 principia, iidemque errores occurrunt.

### §. XCVIII.

#### *Variæ epistolæ Joannis Papæ contra Hussum.*

Joannes XXIII. Hussi contumaciam &  
 seditiosos ejusdem libellos indignatus,  
 omnem movit lapidem, ut eum vel car- Gerson. tom.  
 ceris poena compesceret, vel quovis modo 2. p. 901.  
 ad saniora reduceret. Hunc in finem  
 literas mittit ad Carolum VI. Galliarum Regem, necnon ad Universitatem  
 Parisiensem, ansamque præbet Joanni  
 Gersonio, ut Conradum de gravissima  
 ulteriores errorum, quibus sua diœcesis  
 infecta diceretur, progressus inhibendi  
 necessitate commoneret, eidem suadens,  
 ut sæcularis judicii securim ad radicem  
 infructuosæ hujus ac maledictæ arboris  
 adhi-

**Sæcul. XV.** adhiberet. Quamdam hujus Gersonianæ  
A.C. 1414. epistolæ partem ad nostra delatam tem-  
 pora Cochlæo in acceptis referimus. Idem etiam Papa ad Wenceslaum dedit  
 epistolam verbis admodum gravibus con-  
 ceptam, qua de magnis Hussitarum, licet  
 in Concilio Romano jam fuissent damna-  
 ti, progressibus in ipsius Regno eum  
 edocet, obtestaturque Regem, ut omni-  
 bus viribus perniciosam adeo hæresim e-  
 vellere adlaboraret. Data est hæc epi-  
 stola Bononiæ in Mense Junio Anno  
 Salvatoris nostri millesimo quadringen-  
 tesimo decimo quarto. Ast Wenceslaus  
 illius prorsus nullam habuit rationem,

## §. XCIX.

*Samogitia per Ladislaum Jagellonem  
 ad fidem conversa.*

*Dlugoff. t. II* **L**adislaus Jagello Poloniæ Rex propa-  
*p. 342. f. 343* gandæ Religionis studio accensus,  
*Æn. Sylv.* cum Samogitiam necdum Christianæ fi-  
*Europ.* dei lumine illustratam intelligeret, primus  
*cap. 26.* eorum Apostolus fieri decrevit. Ergo  
 ipsem, comitantibus Witoldo magno  
 Lithuaniæ Duce, Anna Regina Comitis  
 Cilleiensis Filia, secundis nuptiis sibi jun-  
 cta, suaque Filia Hedwige ex secunda  
 hac uxore Anno millesimo quadringen-  
 tesimo octavo suscepta, ad Samogitas se  
 contu-